



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XI. Graf Siegfried von Altenhausen verkauft all sein Eigenthum, das er im
Lüneburgischen besessen, dem Herzoge von Braunschweig, im Jahre
1242.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

XI. Graf Siegfried von Altenhausen verkauft all sein Eigenthum, das er im Lüneburgischen besessen, dem Herzoge von Braunschweig, im Jahre 1242.

Siffridus, Dei gratia Comes de Oldenhusen, Omnibus hoc scriptum visuris vel audituris in perpetuum. Quoniam varios rerum euentus diuersi successus temporum comitantur, nostri temporis actibus testimoniis literarum necessario preuidemus, ne simul cum tempore a memoria euanescant. Ad noticiam ergo tam futurorum quam presentium volumus pervenire, quod nos, de omnium heredum nostrorum voluntate pariter et consensu, omnem proprietatem nostram, quam habuimus per totum dominium Lüneborch, dedimus Domino nostro, illustri Duci de Brunelwich, contententibus Luthardo et Luthardo de Meinersen per omnia isti facto. Vt autem hec nostra donatio nulli sit dubia, et in posterum a nemine infringatur, presentem paginam inde conscriptam, que testimonium perhibet de re gesta, sigilli nostri appensione roborauimus ad cautelam. Huius rei testes sunt: Comes Hermannus senior de Woldenberch. Ekbertus de Affeborch. Fridericus et Ludolfus de Esbeke. Geuehardus et Ludolfus de Bortuelde. Thidericus de Area, et alii quam plures. Datum Brunelwich. Anno Domini MCCXL. secundo.

Orig. Guelf. IV, 146.

XII. Vereinigung des Klosters Krevese mit dem Kloster Dobbertin wegen des Dorfes Lärz im Mecklenburgischen, vom 21. September 1249.

Dei gratia Henricus Prepositus et conventus Sanctimonialium in Crevese et Volradus prepositus in Dobrotyn et Conuentus Sanctimonialium in Dobrotyn uniuersis in perpetuum. Notum sit omnibus, quod nos de unanimitate consensu capitulorum nostrorum unum convenientes super controversia, que inter nos de Villa Lufiz versabatur litibus per omnia renunciantes, compromissimus in arbitros videlicet Prepositum Stephanum de Robele, Magistrum Erkenfridum, Scolasticum Guzgouensem, fratrem Ekbertum de Mirowe, Henricum Dargaz, Arnoldum advocatum de Robele, Rudolfum Rone, ut quidquid hy sex inter nos super memorata causa arbitrando decernerent, ratum inuolabiliter cessantibus omnibus litibus seruaremus. Qui arbitantes assignauerunt jam dictam villam Lufiz Ecclesie Dobrotynensi perpetuo possidendam ita tamen, quod Ecclesia Dobrotynensis dabit Ecclesie Crevese pro impetitione sepedicte ville Sclavicornum denariorum in festo purificationis proximo persolvendos, Insuper (ad) societatem inter predictas ecclesias conservandam, sub pena trecentarum marcarum Vallantes arbitrium memoratum, ne a nobis vel successoribus nostris possit rescindi, sed quecumque partium violaverit, punietur alteri pena pecuniaria memorata. Testes dominus Nicholaus dominus de Werle, Domicelli Henricus et Johannes, arbitri predicti, milites Johannes de Havelberghe, Gerzlaus, Unizlaus et alii quam plures laici et clerici. Ut autem hec rata perma-